

Werk

Titel: Pauli & omnium piorum Cygnaea Cantio, Des H. Apostels Pauli und aller Gottseligen...

Untertitel: Bey dem Christlichen und Volckreichen Leichenbegengnuß des ... Herrn Salomonis Wo...

Autor: Schmied, Fridericus

Verlag: Meuschke

Ort: Altenburg

Jahr: 1630

Kollektion: VD17-nova

Gattung: Leichenpredigt

Werk Id: PPN621394580

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN621394580> | LOG_0006

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=621394580>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Piè defunctus

Ad dictum 2. Tim. 4. v. 7. & 8.

Iam satis est: Uxor cordis pars altera nostri
Grata vale, prolis turba miscella vale.
Terra maligna vale duridus amplas laboris
Omnipotentis ave regia sancta DEI.
Salve sancta Trias coeli vetus incola salve
Christe Patris splendor Terrigenumque salus.
Actum est, certatum est fausto certamine, metam
Muneris exacti transfiliere pedes.
Perque vices varias fidei stabilimine firmus
Sustinui vires sufficiente DEO.
Jo ! bellum durum finitum, parta corona
Justitiæ æternæ parta corona mihi.
Nobile depositum; Christi quod munere Just
Judicis obvenit tempus in omne manens.
Nobile depositum; quod & æquâ lance repostum,
Omnibus Eiusdem quæis benegrata Dies.

A. H. S. P. R.

G 3

NE

N Æ N I A

IN HONOREM PIE

defuncti.



Wolffius ut posuit dura certamina vitæ,
finem cum Christo fecit & auspiciū.
Non diu certavit, non Martia prælia movit,
unde solet miles nomen habere suū.

Mars furit in terris, floret pax aurea cœlis,
vincere pugnantem pacis amore decet.

Wolffius insignis pugnam commisit acerbam,
Ut ferret palma præmia digna nova.

Triste per objectum natorum pectora ducit
luctus: Sed gaudet pacis amicus amor.

Pax est. Nam tellus gremio complectitur ossa,
Spiritus & alto lætus honore manet.

Utq; animam servat placidâ sub morte Beatus,
Cur non pacificum corde sequamur iter?

Ante oculos quoties versabitur umbra sepulchri,
dicamus: Wolffi molliter ossa cubant.

M. Christianus Mûlmannus,

Pastor & Superintendens Pe-
gaviæ scribebat.

EXuvia, quid agam Salomonis dicite! prolem?
an læter? casu versor in ambiguo!

Vitam lætemur; ploremus ut undiq; mortem!
attamen in casu versor adhuc dubio!

Vita palam mors est hominis, mors vita vicissim.
hic quæso casus nonnè sat ambiguus?

Vivendo

Vivendo morimur, moriendo unascimur: Estq;
Mors hominis vitæ finis & auspiciū!
Inde mihi moreris; tibi sed viviscis! & ecce,
Compater, inde tibi gaudeo; ploro mihi!

plorabundus gratulabatur

Friedrich Gleiser/D.

MArte quid in mundo toto crudelius est? Mors
Crudelis. Quidnam morte rapace? nihil.
Nam mors nec formas, artes nec spectat honestas:
Sed rapit atq; necat quicquid in Orbe viget.
Non opus est testes è cælo ducere certos,
Maximus est testis Woffius ipse pius.
Sed quid legendum: Christi fuit æqua voluntas,
Victores Satana qui bene cuncta regit.

M. David Meisner,
Past. in Untergraisla.

Fœdus amicitiae mihi quem durabile quondam
Ac Spartaë paritas iunxit & æqua fides,
Vicini doleo SALOMONIS funera WOLFI:
WOLFIVS heu cecidit pernimis ante diem.
Quid? Non ante diem cadit, ad meliora futuris
Quem DEVS è mundi præripit ipse malis.
Ergò quis invidcat, dum funera foenora fiunt?
WOLFIVS in cœlis gaudia noster adit.
Solarî VIDVAM modò Christus, itemq; relictis
Papillis tutor vel pater esse velit.

Ex affectu plusquam fraterno F.

M. Eustachius Möllerus, Pastor
in Schleibach.

Sic

Sic est; nulla fides mortis, quia parcere nulli
Scit: pueros, juvenes, hac rapit, atq; senes.
Sic raptus Salomon noster, sed vivere Christo
Cum sciret, Christo mortuus, axe viget.

Christoph. Gründeler/
Diac. Pegavicus.

Sic igitur, SALOMON WOLFI Vicine, Deoq;
Dilecte in Christo Frater, ad astra migras?
Moeror: Moeroris quæ causa est? Orbor amico
Fido heu, thesaurus qui mihi gratus erat.
Sit Tibi terra levis, Frater dulcissime. Tristi
O præsto VIDUÆ sit SOBOLIq; Deus.

Condolens apponob.

Gregorius Sommer/Pastor
in Eisdorff & Meichen

Quem DEUS egregiis donis ornârat, ut esset,
Christe, tuas aptus pascere PASTOR oves.
Qui vitam innocuis decoravit moribus omnem,
Hunc atræ mortis fulmina seva necant.
Jam verò semper tranquillâ in pace quiescit,
Cælesti fruitur latitiâq; simul.
Nam DEUS altitonans dedit, & DEUS abstulit ipse,
Sic DOMINO placuit, sic voluitq; DEUS:
Cumq; choro Angelico ledans collaudat in ævum,
Et pangit summo carmina grata DEO.
Quapropter finem posthac impone doloris,
Nos omnes istam cogimur ire viam:
Illi una quies nobis erit, una voluptas,
Una salus nobis, pax, honor unus erat.

Propterea

*Propterea æternum salve, charissime, salve,
O Pastor, salve, terq; quaterq; vale.*

*Michael Burkhardus, Pastor
in Dalkig.*

Sæpe mihi dubiam vexavit opinio mentem
Hactenus, & mira est res mihi visa nimis,
Quid causæ, ut multi veræ pictatis amantes,
Omnibus in vitæ statibus orbe ruant!
Aspicias ut multæ stent jam rectoribus orbæ
Curia, & his natis nobiliore loco:
Sic multas merito viduavit honore cathedras
Doctorum, duræ vis inimica necis;
Inter mortales, sancti querimonia Vatis
Ceu sonat, ad plures en abiêre boni,
Quid DEVS intendat, sat nemo fideliter unquam
Attendit: multi hoc fortuitum esse putant,
Cum tristis celsi facies apparet olympi,
Quilibet aspiciens omen inesse putat:
Sic pol magnorum credamus signa malorum,
Dum justos terris evocat ipse DEVS.
Scilicet ut pastor pecudes ad ovile reducit,
Quando videt nubes obtenebrare solum:
Mundi tantis ita JOVA tumultibus aufert
Quos sibi perspectos junxit amore mero.
Ergo felices, ô terque quaterque beatos,
Quæis datur hanc vitam claudere sine bono.
Hâc namq; ad requiem veniunt ratione, laborq;
Cessitat hinc on nis, desinit atq; dolor,
Te parili WOLFFI, dico ratione beatum
Claudere cui placidè fata dedere diem.

H

To

Tu mihi fraterno dum fata DEVS que sinebant,
Alter ceu Damon pectore junctus eras.
Jam patriam repetis, celesti sede receptus
Spem q̄ inter linquis nos dubiam, atque nactum.
J præ, quando volent ultrò pia fata sequemur,
Interea tumulto dulcè quiesce, Vale.

Johan. Reithenbach, Pastor
in Ströng.

QVERELA FUNEBRIS.

Pignora amicitiae, nostri monumenta favoris,
Cum dederim vivo, dulcis amice, tibi;
Hac quoq̄, justa fero, testantia carmina mentem,
Carmina in exequias, heu mihi, scripta tuas.
Vivere dignus eras, decus & spes summa parentum,
Cura cui summi discere jussa DEI.
Nec malè res cessit: sacri mysteria verbi
Cognita, mox alios ore sonante doces.
Cum multis alijs, Salomon reverende, laboris
Praemia nunc sentis non peritura tui.
Gaudia nunc carpis caelestia, gaudia vita
Spiras, aeternâ prosperitate vales.
Ergo vos curas deponite corde parentes
Sollicitas, fieri filius ista jubet,
Mitiaq̄ è verbo sacro solatia luctus
Sumite, ne vincat pectora vestra dolor.
In CHRISTI dextrâ Salomonis vita quiescit;
Viribus illius nemo nocere valet.

Jonas Herberg/ Collega Scho-
lae Merseburgensis.

Sic

S | Ic est: LOQUI BENE ET PIE DE MORTUIS
A | BSENTIBVSque si decet, de **WOLFIO**
L | oquar absque linguâ venditiariâ: Omnium
O | -re optimorum dictus est vir optimus,
M | ultis benignus, publicè utilissimus,
O | for malignitatis, at **CONCORDIAE**
N | utritor atque **PACIS**. Ergo quid fieri
W | OLFI bonam admordere Famam nequiter
O | rdiris, ô tenébrius? quid *pipulo*
L | audabilem *differs* virum? **QUIESCITO**
F | ato is peremptus! **ANIMA** nunc ovat pia
I | n æthere; aut *anima salillum*, sub scrobe
V | ili, moratur gloriosam coelicâ
S | ummi reversionem ab arce **Judicii**.

*Salomon vel
 Solomon He-
 braica est o-
 riginis: Latio
 ne, Pacificus.*

*Christiane συμπαθείας, ergô
 F. ἀποχέδ.*

M. Christophorum Heroldus, P.

KENOTAFION.

in prosopœia recta:

SAOMON VVOLFIVSS.

κατ' ἀνὰ γέννημα,

FAS LVO: SOLVO, SINVM.

S | pargite cur, Gnati, mea funera perpete flet
A | tque graves tristi lacrymas cur mittite vult
L | ucis ut usuram compellar linguere les
O | seri vita Morti, quâ tristitia est ni
M | ulctam nunc meritam, **FAS** est, **LVO**; **SOLVO**q; de Flens
O | mne quod admisi. Cor fusus sanguine Christ
N | unc Abraka, ecce, **SINVM** laus primo perpete plaus **V!**

V,

V?

O:

L,

I

H 2

No

Non ergo hisce meis latis egrescite rebus S;
Nam voveto, ut quoq̃ mox has adveniat ad aula S.

*ἡγενοδισίων, annum, mensem, diem & diei
partem obitus representans.*

LVX fVgIt à CoeLI ConVeXIs nona noVeMbrIs,
QVā petIt pVLChrl VVoLfiVs arVa poLI.

*Compositum
appositum*

Johanne Crusio Peniga-Misnico,
nobilior. à Biesmaroth in Wena
gelsdorff/ p. t. ab Institutione.

Homo tanquam flos agri.

O Homo quæso mihi dic nostrum vivere quid sit
Nostra profecto aliud nil nisi vita rosa est,
Nunc salvi, morbis nunc correpti sumus omnes,
Ærumnis varijs horula nulla vacat,
Non opus est multos è coelo adducere testes,
VVolfius exemplo te probat ipse suo.

*Condolentia ergò facere voluit
Joh. Elling: Weissenfelsensis,
defuncti Affinis.*

Epigramma ὡς ἡγενοδισίων.

Sic est, sic contra durissima spicula mortis,
Nil vis ulla valet, nil medicina potest.
Nam vis succorum, medici sè sedula cura,
Destrueret rapida pallida regna necis;
In vivis forsan Reverendus Wollfius esset;
Ullum non deerat, nam medicamen, ei,

*At mors excludit medicamina quæq; nefanda,
Mortalesq; metit conditione pari.
Ergò manu nocuâ fugitiva stamina vita,
Dirupit docti Wolffiada ante diem.
Quem pater, & conjunx, repetunt, dilectaq; proles,
Quem repetit votis tota cæterva suis.
At fuit hoc urgens & inevitabile fatum,
Nec licuit fixum transilisse diem.
Ergò quod potuit claudi, lapis obtegit iste,
Mens verò pia nunc regna beata colit.*

*Debita condolentia ergò
addere voluit.*

Adolphus Steinbrück / Primariâ Thuringus, Philosophiæ ac Theosoph. studios. p. t. pij defuncti relictæ Præceptor.

PER totum Mundum crudelia bella geruntur,
Nec superest pacis spes, dolor! ulla solo.
En, Reverende, sacri verbiq; aræque Minister.
Qui docuisti olim dogmata sacra DEI.
Linguis in Orbe malo splendentis lumina solis,
Optima concordis tempora pacis agis.
Scilicet æthereo quod nos speramus in Orbe,
Tu jam post obitum, dulcis amice, tenes.
Parcamus lachrymis, dolor evanescat in auras,
Tristitia à nostro corde aliena fiet.
Gratulor ipse tibi, quòd amicâ pace repòstus,
Vivis in æternos nunc sine fine dies.

H 3

Qui


*Qui solus miseris potes, auxiliare, JEHOVA,
Sis Viduaq; Parens, sis Sæculisq; Parens.*

Ex peramichæ σπουδαία Σ.

Christianus Burckhardus,
Scholæ Cizen: alumn.

Flunera quid defles Patris, charissime David,
Cum multis lachrymis ora genasq; rigas?
Ab suspende tuas charo pro Patre querelas,
Siste tuas lachrymas, dulcis amice rogo,
Quando summa dies extremam finiet horam,
Et dabit infetos buccina fera sonos,
Ad vitam æternam genitor de morte resurgens
Cantabit justo carmina grata DEO.

Christophorus Burckhart,
Scholæ Ciz. alumnus.



© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2010